

Dispositio Psalmi.

Quadrimestris est hic Psalmus. Primum ponit precationem ad Deum, adiecta querimonia contra hostium improbitatē, & ultionis illorum imprecatione. Hac facit vers. 1. 2. 5. 6. 7. Deinde intermisit querimonias suas, quæ sit erga verbum Dei fiducia, in omni tribulatione, ita vt planè per illam liberetur ab omni metu. Hoc facit vers. 3. & 4. Tertio eam fiduciam ac spem respectu providentiæ ac curæ Dei, cum certa securitate & gloriatione repetit, vers. 8. 9. 10. 11. Postremò duobus ultimis versibus pollicetur gratiarum actionem pro liberatione.

PRIMA PARS.

Implorat misericordiam Dei, dicens statim ab initio: *Miserere mei Deus*. Quæ vox est animi misericordiam suam secum altiùs expendentis, & tandem ad Deum confugientis. Et hinc est quòd mox subiicit querimoniam, de calamitate miserabili quam patiebatur. Illam exaggerat verbis *abforbendi & coarctandi*, vers. 1. *conspirandi, consultandi, insidiandi, & insectandi*, vers. 5. 6. Deinde per id quòd dicit, eos ista facere quotidie sine intermissione, idq; summo studio. Tertio, quòd dicit eos esse multos, vers. 2. Quarto, quòd facit eos *superbos*, vers. 2. & *securos propter consiliorum suorum versutiam*: hoc est, nullo timore Dei præditos, vers. 7. Horum scilicet gratia dicit: *Miserere mei Deus*. Vtitur autem commodum hac querimonia de hostium suorum improbitate, cuius gratia coactus erat in id sese conijcere periculi, vt fugeret ad confessos hostes Philistæos, vt eius causam transferret in hostes suos, Saulem & illius aulicos. Nam alioqui parùm meretur misericordiam, qui se in certum abiicit periculum, si liceat illud declinare. Aggrauat ergo plurimum ista translatione improbitatem Saulis, qua coactus sit aufugere ex terra Israël ad Philistæos, ideoq; rectè misericordiam Dei implorat.

Illud in vers. 5. *Tota die causam meam* (מַלְּמַלְמַל) *molestam reddunt, & quæ sequuntur*, de illis intelligendum est, qui Saulem incitabant aduersum Dauidem, calumniam illi struentes suis mendacijs: & quòd ille alioqui animo malè conceperat, quasi adiecto fomento auctiùs reddebant, oleum addentes camino de quibus etiam queritur in faciem Saulis, 1. Sam. 24. mox initio apologiæ suæ dicens: *Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te?* Nam istis tribuebat omnem mali causam, quibus nihil erat prius quàm vt opprimerent eum, præ cuius gloria & rerum gerendarum dexteritate ipsi obscurabantur. In eo autem quòd dicit: *Spem euadendi collocant in versutiam*: scitè exprimit ingenium hominum impiorum, qui nescio quam sibiipsis securitatem pollicentur in malitia sua & versutia: de qua vsque adeò præsumunt, vt sperent per illam vbiq; posse elabise, si quid instet periculi. Quòd apertum est indicium animi impij, nullo Dei timore præditi, ac dicentis: *Deus non videt nos*. De quib. alibi in Propheta: *Væ qui abscondunt consilia, &c.* Hæc est insignis cæcitas impiorum, quòd ex eo sibi pollicentur securitatem, vnde illis imminet certissimum exitium.

OBS. I.

Exponunt quidam de oraculo Dei per Samuel regni gratia Dauidi factò Nos intelligimus in genere de quo cunque verbo Dei, quo nobis opem suam pollicetur.

OBS. 2.

Nò solùm i deo ista dicit, quòd parum periculi ab illis imminuat: sed quòd sciat eos nihil posse, nisi permittente Deo.

Esa. 31. *Aegyptus homo, & non Deus equi eius caro, & nò spiritus.*

Psal. 78. *Recordatus est quòd caro sunt. Infrà etiam lachrymarum meminuit.*

Versu. 3 & 4. interferit Propheta fiduciam suam erga verbum Dei, cuius firmitudine suffulciatur in omnib. terroribus & angustijs. vbi hæc sunt notanda.

Verbum eius.] Versu 4. & 10. tertio repetit hanc particulam, in qua discimus, quæ sit fiducia ac speritè in Deum collocata. Ea scilicet, quæ niti potest certitudine verbi eius. Hoc demum rectè speratur & expectatur à Deo. quòd ex verbo eius speratur. Licet enim possit omnia Deus, non tamen omnia facit. facit autem quæcunq; facturum se pollicitus est, Proinde pius fidei suæ certitudinem nullam melius fundat, quàm in verbo Dei.

Non metuum, Quid faciet mihi caro? Vers. 4. 11. Videmus hinc, quanta sit securitas eorum, qui fiducia in Deum per verbum eius suffulti sunt. Certi de protectione diuina, conferunt hostium imbecillitatem potentæ Dei, & inueniunt ridiculos esse impiorum conatus. Ita hinc dicit: *Non metuum*: Quare? Quid faciet mihi caro? Primùm mihi: id est, protectione Dei suffulto. Deinde per *ἰσχυροῦς*, caro quid illa poterit? Ita scilicet vilescit potentia impiorum, aliàs terribilis, fide potentæ & opis diuinæ. Huc facit quòd instando rogat. *Quid faciet?* Et quòd infrà vocat hominem. Et vers. 1. *ἰσχυροῦς*. Versu. 3. & 4. *Quocunq; die metu corripior, fiduciam ego meam in te colloco*. Ergo metus & fiducia in Deum, simul apud animum credentis reperiuntur. Metu corripitur Dauid, & metu correptus fiduciam collocat in Deum, per quam erectus dicit: *Non metuum*. Quid enim mihi faciet caro? Q. d. Quam ratione metuerem, cum hostes mei caro sint, & protector meus spiritus omnipotès? Magna immutatio timere, sperare: rursus non timere, sed magis insultare. Hoc veluti typo describitur, quomodo habeat animus pius in tentationibus. Primùm metu corripitur, angustiatur & fluctuat: verùm vbi per fidem, interuentu precationis ad Deum, fiduciam concepit, mox erigitur abiecto metu securus. Ipsa historia testis est, quòd vehementer sibi metuerit à rege Gath, donec ope Domini euassisset.

TERTIA PARS.

Vers. 8. 9. 10. 11. repetit fiduciam suam erga Deum, commemorata cura & providentiæ de se Dei, qui non dormiat, sed in suam custodiam & curam collocat, quæcunq; sibi accidat: quiq; aures habeat apertas ad preces suas, auditorus mox atq; clamauerit, & hostes suos auersurus. Dinde versu 10 & 11. ea repetit, quæ suprà 4. dixerat.

Fugam meam numeras tu.] Argumentum hoc curæ ac providentiæ Dei, cum primis hoc Psalmo notandum est, in quo videmus quàm omnia suorum Deus in numero habeat, nec quicquam extra illius curam & providentiam ipsis accidat. Non dicit simpliciter, *Tu nosti fugas meas & lachrymas meas* sed, *Tu numeras fugas meas, & lachrymas meas colligis, & ponis in virem tuam, conscribisq; earum numerum in librum tuum* Loquitur p more humano. Nam hominib. id moris est, vt quæ diligenter curare volunt, in numerum collo-

B

... quæ p
... volun
... vn
... &
... om
... Deu
... in
... No
... lachrym
... num
... ip
... habet
... libera
... quoni
... mi
... in eo, si
... Al
... Dauid
... Qui cre
... Ra
... esse sibi De
... Hæc portio
... cum dic
... au
... Deu
... Officij
... simplici
... viris le
... uocant, y
... actio
... esse r
... lau
... reddend
... reddere no
... rouerit. V
... sacrificia
... votorum ma
... videlic
... Deo pro accept
... mēsa, & m
... quid aliud g
... & pra
... Quoniam erip
... Ideo
... animam me
... velle, vide
... mortaliū à la
... mone. &c. Qu
... lachrymæ, &
... Erigisti animam
... grati, plurim
... liberatoris Iner
... debere vid
... Obseruandu
... ab eo se p
... Nisi en
... hūiliter, certè
... Deo ad
... cedant, solus
... ambulem
... hūiliteriam exp
... super de
... ream, pparis
... Erigisti anim